



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXXV. Idem a Lunden. Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

<sup>f. Pœnitentie.)</sup> Si aliquando, videlicet voluntate indigent, ut docuerunt Suarez de conseruacione, & securitate, secus verò si ex necessitate, quia tunc nullà pœnitentiā, aut absolutione excepta.

Iustione indigent, ut docuerunt Suarez de conservacione, & securitate, secus verò si ex necessitate, quia tunc nullà pœnitentiā, aut absolutione excepta.

## CAPUT XXXV.

Idem <sup>a</sup> LONDON. Episcopo.

**U**T fametua consulas, & saluti, & sic malorum audaciā comprimās, ut ab eis bonorum innocentiam tuearis, super his nos humiliter consulis, quæ officium pastore contingunt, ut de nostra responsione securus injunctæ tibi solicitudinis debitum laudabilius exequaris. Sanè nos tua duxit fraternitas consulendos, utrum clericis graviter excedentes, qui tutè non possent monasterii ad agendam pœnitentiam <sup>b</sup> deputari, quam cùm non pœnitentem de commissis, opportunitate fugiendi captata, carcerem furent claustris, & prioribus se sceleribus celestius immisercent, à te, vel alii <sup>c</sup> Prælati suis arcta possint custodia mancipari; & utrum laici, si clericos in magnis sceleribus deprehendant, in canonem incident sententia promulgata; cùm nec comprehendere, nec ad iudices trahere ipsos possint, nisi in eos manus injecerint violentas. Ad primum igitur respondemus, quod cùm Prælati excessus corrigere debeant subditorum, & publicæ utilitatis intersit, ne crimina maneat impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui fuerant nequam, nequiores; non solum possunt, sed debent etiam superiores clericos, post quam fuerint de crimine canonice condemnati, sub <sup>d</sup> arcta custodia detinere, qui cum sint incorrigibiles, nec in monasteriis valeant custodiri, ad similia, vel pejora de facilitate laberentur. Laici verò circa excommunicationis sententiam capere clericos, & ad iudicium trahere possunt, si oporteat, etiam violenter: dum tamen id de mandato faciant Prelatorum, quorum illi sunt jurisdictioni subjecti, & quorum est corrigerere criminolos; cum hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur; dum tamen non amplius eorum violentia se extendat, <sup>e</sup> quam defensio, vel rebellio exigit clericorum.

## NOTÆ.

- I. <sup>a</sup> Londo.] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 8. De qua Ecclesia egī in cap. 6. de consuetud. Sed legendum est LONDONI, ut noravit Paulus Ydumay in not. ad Innoc. III. lib. 16. epist. 18. de qua Ecclesia egī in cap. 2. de consuet.

<sup>b</sup> Deputari.) Ut moris olim erat, cap. tne, ubi probavi, de pœnis.

<sup>c</sup> Prælati: ) Juxta tradita in c. 1. de offic. ordin.

<sup>d</sup> Sub arcta custodia. ) In carcere videlicet, ut dicimus in cap. novimus, § fin. de V. S.

<sup>e</sup> Incorrigibiles.) Et si tales verè sint, possunt degradari, traditique Curiae seculari, iuxta adducta in cap. cùm non ab homine, de iudic.

<sup>f</sup> Quam defensio.) Et tunc laici ritè adiri possunt, ut probat Salgado de Regia protect. part. I. cap. 2. num 28. Consonat textus in cap. 1. hoc tit. in 4. collect.

2.

3.

## CAPUT XXXVI.

Idem <sup>a</sup> Bracharense Archiepiscopo.

**C**ONTINGIT interdum in partibus tuis, & de consuetudine regionis habetur, sicut tuam nobis f. intimavit, quod clerici, si quem offendant, & satisfacere velint offenso, secundum morem patriæ, quem inter se laici jam observant, corpora sua sponte supponunt <sup>b</sup> xxx. vel xl. seu pluribus, aut paucioribus percussionibus fustium, quas frequenter non coacti suscipiunt, sed volentes, non solum de aliorum clericorum manibus, sed etiam laicorum. Unde nos humiliter consulebas, utrum hujusmodi percussores in canonem incident sententia promulgata. Nos autem f. t. super hæc, duximus respondendum, quod hujusmodi manus injectio, et si non violenta, tamen injuriosa videtur, cum ille canon non tam in favorem clerici ordinati, quam in favorem ordinis clericalis fuerit promulgatus: ideo volumus, & mandamus, ut id de cetero prohibeas attenuari per provinciam Bracharensem. Si quis autem clericus post prohibitionem hujusmodi sponte subierit, <sup>d</sup> excommunicetur uterque; proviso, quod clericus injuriam passo sine injuria clericali satisfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformati.

## NOTÆ.